

A dum quisq̄ seruitio uel libertate discriminabat. Quæ res intelligi potest, q̄ Sa-
turnalibus tota seruis licentia pmittit̄. Alia Saturnalior̄ causa sic tradit̄. Qui *Alia eorūdem
causa.*
erāt ab Hercule in Italia relict̄i (ut q̄dam ferunt) irato, q̄ incustoditū fuisset ar-
mentū, ut nōnulli extimant, cōsultō eos relinquentē, ut arā suam atq̄ ædem ab
incurfionibus tuerent̄: ij ergo cum à latronibus infestarent̄, occupato edito col-
le, Saturnios se noīauerunt, q̄ antè nomine etiā idem collis uocabatur. Et q̄a se
eius dei senserunt noīe ac religione tutos, instituisse Saturnalia ferunt̄, ut agre-
stes uicīnor̄ animos, ad maiorē sacri reuerentiā, ipsa indicti festi obseruatio uo-
caret. Nec illā causam q̄ Saturnalibus assignat̄ ignoro, q̄d Pelasgi (sicut Var-
ro memorat) cum sedibus suis pulsi, diuersas terras petissent, cōfluxerunt pleri-
q̄ Dodonū: & incerti quibus adhærerent locis, eiusmodi acceperē responsum: *Tertia causa.*

B Στείχετε μαϊόμονοι σικελῶν σατῶνιαν αἶαν

Ἡδ' ἀβοργενέων κοτύλλω ὄν νᾶσθ' ὀχέει')

Αἶς ἀναμιχθέντες δεκάτιω ἐπέμψατε φοίβω,

καὶ κεφαλὰς ἄδῃ υἱῶν πατρὶ πέμψετε φῶτα.

Acceptaq̄ sorte, cum Latīū post errores plurimos appulissent, in lacu Cutuli-
ensiū natam insulā dephenderunt. Amplissimus em̄ cespes, siue ille cōtinens li-
mus, seu paludis fuit, coacta cōpage, uirgultis & arboribus in syluæ licentiam
cōptus, iactātibus p̄ om̄e mare fluctibus uagabat̄, ut fides ex hoc etiā Delo fa-
cta sit, q̄ celsa mōtibus, uasta cāpis, tñ p̄ maria mīgrabat. Hoc igit̄ miraculo de-
phenso, has sibi sedes p̄dictas eē didicerūt: uastatisq̄ Siciliēsibus incolis, occu-
pauere regionē, decima p̄dæ sc̄dm r̄sum Apollini cōsecrata, erectis Diti sacel-
lo, & Saturno ara: cuius festū saturnalia noīauerūt. Cūq̄ diu hūanis capitibus
Ditē, & uiroꝝ uictimis Saturnū placare se crederēt, p̄pter oraculū in q̄ erat:

καὶ κεφαλὰς ἄδῃ υἱῶν πατρὶ πέμψετε φῶτα,

Herculē ferūt postea cum Geryonis pecore p̄ Italiā reuertentem suasisse illor̄
posteris, ut faustis sacrificijs infausta mutarent: inferētes Diti, nō hoīm capita,
sed oscilla ^{uipras} ad humanā effigiē arte simulata: & aras Saturnias, non maētādo ui-
ros, sed accensis luminibus excolētes, q̄a non solum uir̄, sed & lumina φῶτα si-
gnificant. Inde mos p̄ Saturnalia missitandis cereis coepit. Alij cereos non ob
aliud mitti putant, q̄ q̄ hoc principe, ab incomi & tenebrosa uita, quasi ad lu-
cem & bonar̄ artīū scientiā editi sumus. Illud quoq̄ in literis inuenio, q̄ cū
multi occasione Saturnalior̄ per auaritiā à clientibus ambitiosē munera exige-
rent, idq̄ onus tenuiores grauaret, Publicius trib. pl. tulit, ut non nisi cerei diti-
oribus missitarent̄. Hic Albinus Cecinna subiecit: Qualē nunc p̄mutatio-
nem sacrificij Prætextate memorasti, inuenio postea cōpitalibus celebratā, cū
ludi p̄ urbem in compitis agitabant̄, restituti scilicet à Targnio Superbo Lari-
bus ac Maniæ ex responso Apollinis, quo p̄ceptum est, ut pro capitibus, capi-
tibus supplicaret̄. Idq̄ aliq̄ diu obseruatū, ut pro familiariū sospitate pueri ma-
ctarent̄ Maniæ deæ matri Lariū. Quod sacrificij genus, Iunius Brutus consul
pulsō Targnio aliter constituit celebrandū. Nam capitibus alliij & papaueris
supplicari iussit, ut respōso Apollinis satisfaceret de nomine capitū, remoto scili-
cet scelere infaustæ sacrificatiōis. Factumq̄ est, ut effigies Maniæ suspēsa pro
singulor̄ foribus, periculum si q̄d immineret familijs, expiarēt. Ludosq̄ ipsos

g ij ex